



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De morte Leonis & parui Leonis imperio, & Zenonis rursus patris eius.
Cap. XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

EVAGRII HISTORIAE

imperium occupavit. Quo mortuo, summam rerū Romanarū administrat Odoacer, qui imperatoris nomine repudiato, se regem appellari voluit.

De morte Leonis & parvi Leonis imperio, & Zenonis rursus patris eius. Cap. XVII.

Per idem tempus Leo imperator, cum decem & septem annos regnasset, Constantinopoli deponit imperiū, Leonemq; Ariadnæ filia suæ, & Zenonis filium, iam admodum tenerum ætate, in imperij gradu locat. Post quem Zeno pater purpuram induit vt Leonis gener: subsidio Berinæ cōiugis Leonis, mortuoq; puero paulò post, Zeno solus imperij obtinet gubernacula. Quæ aut res fuerint vel ab eo, vel contra eum gestæ, quæque eius temporibus acciderint, proximus liber, deo iuuante, perspicuè docebit.

Compendium rerum in Chalcedonensi concilio gestarum, in huius secundi libri fine collocatum Caput XVIII.

Epitome eorum, quæ acta sunt & decisa in concilio Chalcedonensi.

Pascasianus, & Lucentius, episcopi, & Bonifacius presbyter, in hoc concilio, Leonis antiquæ Romæ Pontificis fuere vicarij, Anatolius itē antistes Constantinopolis, Dioscorus Alexandria episcopus, Maximus episcopus Antiochiæ, & Iuuenalis Hierosolymorum, & horum omnium sacerdotes, eidem concilio interfuerunt. Quorum numero adiuncti erant senatores primarij: quibus dixerunt vicarij Leonis, Dioscorum non debere cū illis in concilio confidere. Istud enim suum episcopū Leonē mandasse: quod quidē si minime obseruaret, se ab Ecclesia decessuros. Ac cum senatores rogarent, quæ nā crimina objicerentur Dioscoro, responderūt illū, qui personā iudicis præter æquū & bonū susceperat absque Romani Pontificis præfidentis permisso, debere pro iudicio, quod ipse de alijs dederat, iudicium subire. Quæ cum dixissent, & Dioscorus de sententia